


+4063 694 01



R E G E S T A

sive

Rerum Boicarum Autographa

ad

annum usque MCCC.

e

Regni Scriniis

fideliter in Summas contracta

juxtaque genuinam terrae stirpisque diversitatem

in

Bavarica, Alemanica et Franconica

synchronistice disposita

curâ

Caroli Henrici de LANG

Sacrae Coronae Bavaricae Equitis aurati.

Volumen I.

Monaci

Impensis Regiis.

1822.

D. Sp. 8, 195

2
9



REGESTORUM BAVARICORUM primum jam emittitur volumen, cui brevi aequè succedet alterum ad quartum usque et postremum. Quod opus quum ex Regni summi Archivi instituto et ordine nobis esset mandatum, sub viri quolibet nomine eminentissimi, *Montisgelasii* Comitis, summa tunc tenentis, auctoritate protinus est inceptum, ex celsissimi Comitis *Rechbergii*, qui hunc secutus est, liberali animo provectorum, et pro splendidissima *REGIS* nostri munificentia ita ad finem promotum, ut copia rerum et continua serie, gravitate et fide vix ullum illi nuper quidem anteponendum habeamus.

Neque enim memoria fraudare nec deprimere cupimus celebria aliorum opera, *Rymeri* Foedera, *Muratorii* Thesaurus, *Goldasti* Statuta et rescripta Imperatorum, *Lunigii* Archiva, *Schottgenii* ac *Kreysigii* Inventaria, *Edmundi Martene* Collectiones, *Brequigny* et *Portae* Diplomata, chartas, ad res Francicas spectantia, ad annum usque DCCL. (Tom. I. 1791.) *ejusdem* Table chronologique des diplomes ad annum usque MCLXXIX. (Tom. III.) nec non: Recueil des ordonnances des Rois de France de la troisième race (Paris 1723 — 1811. Vol. XV.) et honoris causa semper nominanda *Georgischii* Regesta, ut multas alias jam omittamus chartarum collectiones, quas longo ordine recenset celeberrimus *Gattererus* in *Diplomatica* sua praedica. (pag. 200 — 259.) Ex quibus tamen plerique non eo substitere, ut veteres chartas in tabulas regerent, cum brevi hominum, rei gestae et temporis commemoratione, sed ipsas has literas totas et integras undique colligere atque accumulare sint nisi, ausu vasto, quo ad certum finem pervenire nunquam fere licuerit. Quare hos sibi limites praescripsere alii, ut foedera tantum publica, regum edicta, hujusve majoris momenti et publici juris res sibi sumserint, (ut *Rymerus*, *Goldastus*) vel intra paucorum regum tempora stare praetulerint, (ut clarissimus *Brequigny*). Nec defuere, qui chartis documentisque immiscerent ipsas temporum historias et annalium libros, ignotos hucusque et in-

editos (ut *Muratorius, Martene &c.*), praeclaro quidem et pretioso munere, parum tamen ad explendam et absolvendam rerum gestarum notitiam sufficiente. Ut nulla jam de *Lunigio* mentio fiat, qui quasvis ex quibusvis libris arreptas literas et chartas ordine minus commodo et difficultatis pleno conseruit, festinanter, mendosissime, antiqua novis, vera contexens falsis.

Majorem utique laudem meruit celeberrimus *Georgisch* opere suo Regestorum, etiamsi, quae magna et digna est molitus, minus juste et perfecte ab eo sint absoluta. Nam Germanicarum gentium et Imperatorum chartis externas quasvis Gallicas, Britannicas, Italicas adstruens, debitam propositi formam excessit, parcus adeo in afferendis ipsis rebus Germaniae domesticis, quarum multos fontes, ipsius tempore jam scaturientes, reliquit intactos, ut nihil de illis dicamus, qui hodie undique affluentes, denuo sunt hauriendi, et majori, quam ipse usus est, sollertia perquirendi, explorando scilicet, utrum literae chartaeve, quarum summas ultra quam intelligi possint, circumcisas nolimus, ex archetypis exemplis, an apographis tantum sint prolatae, vel interpolatae forsitan, corruptae et ex eo dubiae, quod tam in rebus discrepent et hominibus, quam in temporum ratione et usitato caeterum more.

Operis autem a nobis suscepti differentia et ratio in eo potissimum versatur, ut abstinentes ob omni literarum vel chartarum externa copia nos nullas admiserimus, nisi quae recte ad Bavarici Regni ortum referantur et hodiernas fines, nullas praeterea, nisi quas archetypas et genuinas ex ipso Monacensi summo Archivo manibus nostris tractatas habuimus, vel ex provincialibus Archivis per conservatores fideliter nobis suppeditatas, nullibi, quae nobis spuriae, corruptae et dubiae occurrerunt, reticentes. Quas omnes, temporis ordinem secuti, secundum annorum seriem et ad annum usque MCCC, composuimus, sed in Bavaricae primitivae stirpis, Alemanicae et Franconicae familias segregavimus et distribuimus, intextentes rerum gestarum brevissimas summas, sufficientes tamen ad designandam negotii indolem, lingua ipsarum chartarum vernacula, iisdemque, quantum fieri potuit, verbis, subjunctis, quae nobis memoranda videbantur, testium nominibus, Principum praesertim, Dynastarum, Dignitatum. Quibus denique adjunximus *Acti* et *Dati* expressas formulas, loci scilicet, diei, indictionum, annorum regni notas, cancel-

lariorum, quotiescunque nobis primum obviae fuerunt, recognitiones, et ubique coronidis loco istorum operum et librorum titulos, in quibus chartae cujusdam exemplar typis jam sit impressum et vulgatum.

Quodsi quis forsitan ambiget, an rerum Bavaricarum chartae, ab aliis memoriae proditae, simulac exemplaria archetypa vel originaria illarum non cognovimus, recte praetermissae a nobis fuerint et exclusae, dubitare desinet, dum primam historiae legem, veritatem dico et fidem, perpensam habuerit. Quidni vero? quum plura, quam nonnulli credant, prostent apographa, quae tum manifesti mendacii, tum argutae corruptionis, tum imperitae deformationis speciem praeferant, qua dignitate et integritate fieri possit, ut vetustatis decoribus intermiscemus abjecta, prava, insipida, et operis nostri mole ad nebulosa evagemur ac vana? Proderit olim, cuncta haec, quae aliunde rite videmus proferri, per nostra monumenta genuina explorare, probare, fidemque illis elicere atque adsciscere. Sed non est nostrum, aliorum sententias antevertendo, haec ex arbitrio dijudicare; prosperrime vero patriae historiae nobisque continget exoptatissimum, ubi mox viri satis docti et periti autographorum nostra Regesta subsecivis suis adaugebunt operis.

Neque nos majori jure carpendos esse confidimus ob termini Regestis nostris ad annum MCCC. constituti angustiam; documentorum quippe farragine per tempora inde sequentia ubertate sua et amplitudine ad librorum modum procedente, ut non jam chartas congerere, sed actorum magna volumina proferre nos oportuisset; quod quidem ex ipsa operis nostri aequali voluminum distributione elucebit, quorum primum, ab anno DCCLXXIII. ad annum usque MCC. quadringentos excedit annos, alterum annum MCCL. vix superabit, tertium ultra annum MCCLXXV. se non extendet, et quartum ad annum demum MCCC. perveniet, ut tandem ulterius progressuro in totidem tomos, quot annos, esset digrediendum. Nos igitur, ubi totum amplecti nequivimus, partem tantum moliri modumque statuere elegimus et certos fines, ad Bavaricae historiam praesertim eo concinniores, quo minus nos latent, quae ex Ludovici Bavari tempore acta sint et tractata. Quae si quando cuiquam libitum fuerit prosequi, facere licebit, et via, ubi nos quidem substetimus, demonstrata et aperta, tanto tutius succedet atque felicius.

Haud absolum certe videbitur aut nimis gloriosum, paucis percurrere, qua ratione per opus nostrum universam historiam adjutum iri speremus atque auclum. Primum quidem, ut habeamus fastos quasi totius Regni, quoruncunque annorum chartas ex obliquo perlustrantes, ex adverso autem, quamlibet tabulam deorsum persequentes, rerum Bavaricarum, vel Alemanicarum, quatenus rem nostram attingunt, vel Franconicarum nucleum, quo simul, quae per partes notavimus, universa conspici possunt. Maxime autem hoc adpetivimus, ut literarum et chartarum aliqua saltem notitia salva praestetur ab omni interitu et oblivione, posterisque antiquitatis opes sartae tectae relinquuntur. Nam qua justa ratione nobis esset sperandum, cujusvis regni Archivum, quorum ex vetustate ne ullum quidem ad nos pervenerit, in omne aevum fore superstes, nulla vi ignis vel alia temporis injuria consumptum, nulla hominum segnitie vel ignavia dispersum et corruptum, nulla senectute caducum fore et contritum? quin scripta semper legi, mutata locorum nomina indagari, et a posteris, qui ad dissimillimas linguas, leges et reipublicae formas transierint, divinari posse, nedum intelligi? Quae si fato, quod omnia manet Archiva, paulatim accidunt, erunt tamen in his Regestorum voluminibus, quibus cognoscere possumus, quae olim fuere, neve temporis damna justo magis, ut plerumque fit, doleamus, vel supponendis novis tabulis aliena fraude deludamur. Quid? etiamsi horum nihil proxime instare videatur, neque tamen supervacaneum foret, frequentes istas temporum difficultates, urbium et vicorum obsoleta nomina et ambiguos situs nunc jam extricare, chartarum denique ordinem et sensum, qualis se offert nobis, breviter notare, quo rectius ea, quibus propius absumus, cernere adhuc videamur. Universis autem patriam historiam foventibus gratum erit procul dubio et acceptum, circumspicere fontes in Archivis quidem reclusos, sed pro eorum, qui ad gubernacula sedent, liberali mente, siquidem paucis hausta non sufficiant, propius petendos. Habebunt, quibuscum comparent, pendant et metiantur quasi fidem earum rerum, quae aliunde ipsis cognitae sunt et compertae, et quas in omni hac Archivorum amplitudine lacunas tamen temporum et rerum superesse dolemus, ex sua forsitan penu quandoque licebit explere.

Hinc porro dabitur nobis accedere ad dijudicandam fidem et veritatem Monumentorum Boicorum, a nonnullis interdum in dubium vocatam.

Etenim quum ubique ad ea, quae in Monumentis jam continentur, remisimus, et quae perperam saepius ratione temporum aliarumque rerum graviorum irrepsere, breviter emendaverimus, sic contra, quorum in Regestis nostris nulla fit mentio, ea per Archiva Regni frustra adhuc requiri praestamus. Quae nisi reperiantur forte vel suppleantur benevole ex illis monasteriis, quae exauctorata non in publicam, sed in privatam transierunt potestatem, quale, verbi causa, Lunaelacense, Osterhovense, S. Crucis in Werdea coenobium, inter caetera apographa sunt habenda, et quamvis nequaquam testium vel archetypi fidei aequiparanda, nec tamen, ut veritatis quoddam adminiculum, omnino rejicienda, quatenus aliis non repugnent testimoniis, sed rebus, temporibus et verborum consuetis formulis et solennitatibus sint congrua. Ut nihil dicamus de variis eorundem monasteriorum Traditionum Codicibus, quos ex dissimilibus foliis ita inspeximus consarcinatos, rasos, interscriptos, emendatos, in Monumentis ipsis Boicis autem ex ordine suo sic disjectos, laceratos, mixtos, et nominibus et temporibus ex arbitrio suppletos, ut priusquam nos in eis moremur curiosi, peritissimam antea et solertissimam requirant instaurationem novamque penitus recensionem.

Non vacavimus insuper ex tot tantisque testium nominibus, quorum longam seriem chartis subjicere solebant, discernere, quot scripturae ferret modus. Quum enim omnem turbam suscipiendo in longinquum nobis fuisset evagandum, vulgares et gregarios repudiantes, clariores tantum et notatu digniores selegimus, eos quidem, qui aliis in chartis obvii satisque jam cogniti, proferant nobis impedita temporis et loci signa; antiquos deinde Comites vel Dynastas, quorum nomina illustrandis et extricandis priscorum stemmatibus inserviant, caetera quoque ex nobilitate adhuc vigente clara et perpetua nomina, quando nobis primum edita, aut ex alia quadam notabili causa celebrata videbantur; — Episcopos porro, aliosque ecclesiarum Praelatos, Praepositos et Decanos, ut quoquo tempore successerint, quo indices eorum, ab *Hundio*, *Ussermanno* aliisque exhibitos, emendatos multum et amplificatos accipimus; — alios denique Dignitatum vel Officiorum honorabiles titulos, homines literatiores vel artifices, nec non insignes quasdam vernaculi idiomatis appellationes.

Neminem historiarum et artis diplomaticae gnarum fugiet, quantum referat pro certo habere, ubi summorum Pontificum, Imperatorum, Regum aliorumque majorum Principum sedes vel curiae, olim ex diversis locis subinde mobiles semper et mutatae, quocunque tempore substiterint. Ex quo praeter caeteras multas res chartarum praecipue fides et veritas illustranda foret et examinanda. Nam ubi per ea constat, chartarum auctorem in illa civitate et ipsa regione, quas literae demonstrant, tempore, quo dicitur, neutiquam versatum esse, nil obstat, quin contra hujusmodi chartas tamquam falsas repugnemus vel corruptas. Saepius igitur jam dudum, auctore praesertim celeberrimo *Gatterero*, desiderata sunt Imperatorum Regumque Germaniae itineraria, documentorum genuina fide suffulta. Ad quae eruta quot qualiaque nos ex Regestis nostris contulerimus, nec raro ea, quae *Georgischius* ex omni Germania conquisivit, ex uno Bavariae regno copialongè superaverimus, perlustrantium oculis facile apparebit.

Data denique vel notas temporum, chartis plerumque ad finem annexas, integras plenasque exprimendas curavimus, quippe quo ex ipsis verbis judicari possit aevi in scribendo et loquendo mos rite custoditus, annorum consueta computatio et recta, secundum nativitatis Christi vel incarnationis exordia, calculi Pisani et Florentini, in literis praesertim Pontificum et Imperatorum ex Italia emanantibus, varietatem, pariterque secundum indictionum differentiam et annorum imperii, regni, electionis discrimina. Quibus omnibus reputatis et bene distinctis, multa antiquitatis monumenta difficultate sua se exsolvent et suspicione, fietque, ut non pauca *Georgischi* et caeterorum documenta, alium in annum, priorem vel posteriorem, transposita, nunc demum fidei convenient et veritati.

His igitur praemoniti lectores REGIA magnanimitate, per quam ista conari licuit, gaudeant, nostrisque curis faveant.

Dabamus Calendis Februariis anno MDCCCXXII. *Onoldi*, quo ex summi Archivi Monacensis regimine annos abhinc sex secessimus, a publico labore nunc acquiescentes quidem, sed omnem jam operam his regerendis impensuri.

R E G E S T A.

Bavarica

• Terris vobis Caroli Bavarici, cum Palatinatu Superiori et Neoburgio.

Annos.

715

772

794

804

Handwritten text: Carolus Rex Francorum et Longobardorum ad ecclesiam Sancti Hymmerani iuxta muros civitatis suae Regensburgensis donat terras cultas et incultas, iugera scilicet CCLXVI a parte meridiana spacia monasterii sui. Datum VIII. Id. Martii (21. Februar.) Regensburg anno XXVI. et XX. Actum super Civitate Meis in loco amoenitate Francofurt.

(In libro Priob. Monast. S. Emmerami n. 1.) Rind Codex Episc. Ratisp. n. 19. Lincig Spicil. Eccl. Cant. III. Pars. p. 99.

Alemannica

• Terris vobis Caroli Bavarici, cum Palatinatu Superiori et Neoburgio.

Franconica

• Principatus Babenbergensis, Horkipalensis, Ertstettensis, Principatus Onoldini et Baruthi, Civitates Liberae, adpartes districti Anhaltinaburgensi.

Carolo Imperatore? Andegavum, prius Campidunense Coenobii institutum essent et in pago Hildesheimensi constituit, veraque monasterii Hildesheimensis in pago Bergove, Albigove et Ougotigove confirmat. Data Indit. XI. Act. Roman. in sancto die Pasche, (12. April.) in ecclesia sancti Petri, coram Adione Papa et multis aliis Principibus. (De scripta huius diplomatis Edicte vid. Hageni Thea. rer. Sacr. Tom. IV. No. 24.)

Item statuit, ut quilibet a monasterio Campidunensi electus adveniat Abbatia sacrosancta foret. Dat. et act. Eodem et eodem. (Aetque legitimum.)

Otto, Imperator II. recognovit marcham inter monasterium Sanctae Mariae, quod dicitur Campidona (Rempten) et populum Albigensium, Hildesheimensium et Angungensium. Actum apud Regemonte, mense Martio, V. Id. (11. Mart.) Data Ratipone anno DCCCIII. (Aperite laudis rade exemplar.)

Bavaria.

Anno.

807.

811.

815.

820.

Alemanica.

Franconica.

Caroli, Imperatoris, Regis Francorum et Langobardorum con-
cessit, Agilwarkus, Wizenburgensis Episcopus, Autido comiti tradit
ecclesiam in villa Fridulach (Friedenbach) in pago Collogone, cum
pertinentiis in villis Fridulach, Augstina (Archidula) et
Waldmannowa (Waldmannshoren), pro viciis in pago Taurigeno,
(Taurigen) in villa Scilla (Schilp), et Odinga (Diedingen). —
Data VII. Idus (7.) Augusti, Imperii anno XXXIX, Regni in Fran-
cia et Italia XXXIV, Ind. XV. Actum Ingilshuis (Ingelheim) pa-
latio.

vid. Eckhart in Commentariis Franciae orientalis, Tom. II. p. 254.

Carolus, Imperator, Rex Francorum et Langobardorum, comiti
Berth. filio Amalungi, a partibus Saxoniae ad Imperatorem in locum
Waldibechi inter Wissa et Faldia alias tenogrenis, partem silvae
Bohemiae ab eo excoltae confirmat. Data Id. (1.) Decembris,
Imperii anno XLIV, Regni in Francia et Italia XXXVII, Ind. V.
Actum Apisignani palatio regio. Suavis ad vicem Rechamboldi scrip-
ta et subscripsi.

vid. Eckhart l. c. pag. 264. Harenberg Historia Godesheimensis,
pag. 1216.

Hindulcicus Imperator emmanetere a
genitore suo Carolo, Theodoseo antea-
stari Compulense Abbati legimus confir-
mat, Dat. I. Non. (4.) Junii, Imperii
anno I, (II.) Ind. III, (VIII.) Ad. Apisig-
nani palatio regio.

(Suspensa fidei).

Ludovicus Imperator res quondam in pago Badenachgen, in
marchia duorum villarum Eichenfeld et Gindulst (Eichfeld et Gindel-
stul) ecclesiae Sancti Salvatoris juxta castrum Wizenburgense do-
natis, et a comite quondam Radulfo abbatem, Vulfraico, Episcopo
Wizenburgensi restituere praecipit. Data XIII. Id. Februarii (20. Ja-
nuar.) Imperii anno VI, Ind. XIII, Actum Apisignani in palatio
Regis. Durandus ad vicem Vilegii transgessit.

vid. Eckhart l. c. pag. 240.

Anno.

Bavarica.

853. Hludovicus Rex confirmat monasterio sancti Emmerami martyris, ecclesiam in prospectu Pisci sui qui nominatur Tingelings (Dingolling). Datum VI. Kal. Junii (27. Maii), Imperii anno XX. et Regni VIII? Ind. XI. Actum Regensburg civitate. vid. Ried I. c. n. 25. P^{er} Thez. I. P. 2. p. 17. Löwig, Cont. III. p. 104.

854.

854. Hludovicus Imperator vasallo suo Fetagero concessit ad propriam quendam villam, Gemesdorf, prope Bavium Ensis, in comitate Petilli comitis, in parte Schermerus sitam. Data XII. Kal. Januarii (11. Dec.) Imperii anno XXI. Ind. III. (XII. 7). Actum in loco Aquingroni palatii. (M. B. XI. 106).

855.

857. Hludovicus Rex Richards, Abbatii monasterii Medensis, auctoritatem et sancteburdum Caroli Imperatoris confirmat. Data VIII. Id. (6.) Januarii anno IV. Regni in orientali Francia? Ind. XV. Actum Regensburg civitate (M. B. XI. 410.)

857.

*) Computatur scilicet a festiva divisione, anno 223.

Alemanica.

Franconica.

Hludovicus Imperator omnes res monasterii Campidenensis in talionem facti suscepit. Data II. Non. (4.) Aprilis, Imperii anno XX. (XXI.) Ind. XI. (XII.) Actum Warnacia civitate (?).

Hludovicus Imperator suggerente filio suo, Hludovico Rege, monasterium Campidenense cum Titano Abbate in monasterium suum suscepit. Data V. Non. (3.) Julii, Imperii anno XXI. (XXII.) Ind. XII. (XIII.) Act. Aquingroni palatio regio (?).

.

Ludovicus Imperator confirmat commutationem bonorum, pro quam Brunoellus quondam Wirzburgensis Episcopus Hunrogo comiti missa regio contradidit basilicam sancti Martini in pago Grafelch pro villa a quodam homine Gumberta resignata, nomine Filu houbiote (Vielhoad), in pago Badroga, Burgilli (Bregel) in pago Hagen, et locum Quolbach (Anobich) in quodam silva in eodem pago, Fischpuch, Assia, Pontigerus in pago Tüllfeld, et in pago Vungarbovitha hunc servit quondam Regis Ricsperti, nomine Burgelin et Steinsinzeloch. Data XIII. Kal. Januarii (10. Dec.) Imperii anno XXIII. Ind. XV. Actum Aquingroni palatio regio. Hirmimaria Notarius ad vicem Hagonis recognovit. vid. Eckhart I. c. p. 224.

Annos.	Bavarica.
1440.
1441.	Hilarius Rex Gothorum, Althof Althaus (Niederaltich), concecit quosdam res proprietatis suae in villa Ingolterstall, videlicet duas ecclesias et totam domunculatam. Data XV. Kal. Septembris (15. August.) regi in orientali Francia anno VII. Ind. IV. Actum Hallesbano palatio regio. (M. B. XI. 101.)
1444.	Ludovicus Rex Bavarico Episcopo Ratisponensi tradidit possessionem in pago Chelognou, in villa sancti-pauli Sandelshausen *) Gantshausen, et Mandelshausen, **) pro quibusdam rebus commotis in pago Hani in villa Salsinos. Data II. Non. (4.) Aprilis. anno regi in orientali Francia XI. Ind. VII. Actum Regensberg civitate. vid. Lit. Pro. p. 47. Riv. l. c. n. 27.
1445.	Ludovicus Rex omnia proprietates, ab eo Carolo ad monasterium sancti Hemmerani condonatas, et a Bavarico Episcopo in beneficium, confirmat. Dat. V. Kal. Augusti (22. Iulii.) Regi in orientali Francia anno XI. Ind. VII. vid. ibidem p. 47. Riv. l. c. n. 27.
1445.
1451.	Hilarius Regis Bertho Gothorum, Wirthergensis archiepiscopo et monasterii Althaus (Niederaltich) Praetori imperialis, presentibus loca monasterii Althaus cum suis vicariis nullius parochia. Data XI. Aprilis (XI. Id. Aprilis) (22. Mart.) Regi in orientali Francia anno XIX. Ind. XIV. Actum Hallesbano civitate. (M. B. XI. 112.)
1451.	Hilarius Rex ad preces Nithardi Abbatis monasterio Metemensi reliquit proprietatem, Abbatem ei gendi. Data VII. Kal. Januarii (25. Decemb.) Regi in orientali Francia anno XIX. Ind. XIV. Actum Regensberg civitate. (M. B. XI. 422.)

*) Sandelshausen et Gantshausen prope Mansberg; vel Sandelshof, Sinschhausen apud Schorschaupt.
**) Mandelshausen apud Abersberg, vel Mandling juxta Fünzig, vel Mandling prope Grossenfeld.

Alemannica.	Franconica.
.....	Ludovicus Imperator monasterium sancti Salvatoris in Wirczburg confirmat beneficiis comitis Bertholdi in pago Waldraze, in villa Inwendat. Data VI. Id. (6.) Junii. Imperii anno XXVII. Ind. III. Actum Franconfort palatio regio. Meguaricus Notarius ad vicem Hagonis recognovit. vid. Eckhart. l. c. p. 285.
.....	Ludovicus Rex Gothorum, Episcopo Wirczburgensi confirmat Jure quatuordecim ecclesiarum in terra Sincorum inter Moessan et Rodaniam erectarum. Data III. Non. (2.) Junii. Actum Franconfort palatio regio. Comitus notarius ad vicem Radici recognovit.

Annus.	Bavaria
853.	Ludovicus Rex monasterio sancti Emmerami confirmat traditorem honorum in Austria infra duo flumina Apsium et Norfium, (Ara et Nardem) super in Nardem, a Willibrodus monacho factum. Data XV. Kal. Februarii (12. Jan.) Regni in orientali Francia anno XX, Ind. I. Actum in civitate Regensburg. vid. <i>Lit. Prob.</i> p. 69. <i>Rid. I. c.</i> num. 44.
853.	Bladovicus Rex monasterio sancti Emmerami donat quosdam res proprietatis suae in comitatu Bameldi *) in villa, quae nuncupatur Sandbergum (Sandebach).— Data III. Id. (11.) Februarii, Regni in orientali Francia anno XX. Actum Regensburg civitate. vid. <i>Lit. Prob.</i> p. 69. <i>Rid. I. c.</i> num. 45.
857.	Bladovicus Rex Abbatii Otgerio monasterii Althaus (Niedersalzh.) immunitatem confirmat. Data XI. Kal. Maii (21. April.) Regni in orientali Francia anno XXV. Ind. V. Actum in villa Petano (M. B. XI. 115.)
857.	Bladovicus Rex ad praedictum Eginolfi Otgerio Abbatii Althaus, (Niedersalzh.) transmittit res quasdam prope monasterium Althaus in pago Quindlingowe in territorio inter Svecinam et monasterium Althaus. Data XV. Kal. Septembris (15. August.) Regni in orientali Francia anno XXV. Ind. V. Actum in civitate Balesbura. (M. B. XI. 117.)
858.	Bladovicus Regis Ecclesiae, ut Althaus Wippo in Metran cum piscerna Regis per manus advenit Guzmanis comitatus hunc monasterii in Pace, pagi Danowigwe et comitatus Camibori, pro bonis piscernae in loco Cadrado episcopi pagi et comitatus. Data IV. Non. (2.) Februarii, Regni in orientali Francia anno XXVI. Ind. VI. Actum Regensburg civitate regia. (M. B. XI. 124.)
856.	Bladovicus Regis comitis Heiricus Dux (Moxine) ad monasterium Althaus (Niedersalzh.) gratia de sua proprietate in suo ducatu quodlibet habuit ad Salpingi. (in Hungaria, Comitatu Szatolien) Data X. Kal. Martii (20. Februar.) Regni in orientali Francia anno XXVIII. Ind. VIII. Actum Regens hunc civitate regia. (M. B. XI. 119.)
863.	Bladovicus Rex Otgerio, Abbati monasterii Althaus (Niedersalzh.), concessit villam Nglazriindam juxta rivulum Frohnam, (in Austria?). Data XVI. Kal. Junii (16. Junii) Regni in orientali Francia anno XXXI. Ind. X. (XI.) Actum Hastermofinga villa regia. (M. B. XI. 120.)
864.	Bladovicus Rex Otgerio Abbati Althaus monasterii possessiones confirmat. Data XV. Kal. Januarii (15. Decemb.) Regni in orientali Francia anno XXXIII. Ind. XII. (XIII.) Actum Althaus monasterio. (M. B. XI. 122.)

*) Comae Bameldi occurrit anno DCCCLXXXVI in pago Deansgra, in regione Mänselberg prope pagum Sandebach.

Bavaria.

Annus.

865.

871.

866.

860.

870.

Hilonicus Rex monasterio Metanen concessit quosdam res proprietatis suae in pago Daschgere in villa Flattiga et ad Leichinga, Data II, Non. (4) Februarii, Regni in orientali Francia anno XXXVI. Ind. I. Actum Regensburge. (M. II. XI. 428.)

Hilonicus Rex monasterio Metano concessit quosdam res proprietatis suae in villa Drunschaldorf in pago Trainsfeld (in Austria) — Data II, Non. (4) Februarii, Regni in orientali Francia anno XXXVI. Ind. I. Actum Regenspurge. (M. II. XI. 427.)

Alemannica.

Franconica.

Ludovicus Rex monasterio Campidonensi sub praesente Erchanberga, Frigijani Episcopi, concessit tres terras sitas inter ad Hala proprie ad scripiendum. Dat XVI. Kal. Maii (16 April.) Regni in orientali Francia anno XXXVI. (XXXIV.) Ind. VII. (XIV.) Act. Regenspurge?

Hilonicus Rex ad monasterium Metanum concessit quosdam res proprietatis suae in Daschbostal super in Stalfrid, inde in Fribornu, Aus, Graba et occidentali Hantsbere, in Rehduboch per quosdam senitus super in Labial ad Subersheim (Suffersheim), in pago Soudfeld ad villam Regni Wirsburu pertinentes. Data XVIII. Kal. Julii (14 Junii) Regni in orientali Francia anno XXXV. Ind. XV. Actum Francofurt Palatio regio. (M. II. XI. 426.)

Hilonicus Rex regnoe Rungino, Abbate monasterii Campidonensis, fratri suo iuncti concessit potestatem eligendi Abbatem. Data X. Kal. Aprilis (13. Marti). Regni in orientali Francia anno XXX. (XXXVII.) Ind. X. (III.) Actum Matahore villa regio. (Charta ex inepta temporis computatione et falsa loci demonstratione, quum Rex tunc Triburi comoratus esset, satis notata.)

474. Hludowici Regis concessus Eginharus Diaconus Embriehoni Episcopo tradit proprietatem suam ad Eitenschoven (Eitenschofen, Praef. Döggelling) pro beneficio S. Kunrudi in loco Hirschbrunnhof, (Hirschbrunnhof Praef. Kirchberg). Data IV. Non. (5.) Februarii, Regni in orientali Francia anno XLII. Ind. VII. Actum Augsburch.
vid. *Lb. Probat.* p. 57. *Rid. l. c.* num. 52.
475. Hludowicus Rex pro salute conjugis suae Henaeae ad eam capellam in Regensbure, constructam in honorem sanctae Mariae, concessit monasterium ad Berga*. Data XV. Kal. Junii (18. Maii). Regni in orientali Francia anno XXXVIII. (XLIII.) Ind. VIII. Actum Regensbure civitate regia, Heibardus cancellarius ad vicem Liutberti Archicamerarii recognovit.
vid. *Rid. l. c.* num. 54.
476. Karolomanni Regis concessu Hlita Abbas Lonslacensis Embriehoni Episcopo Ratiponensi tradit proprietates suas ad Berga juxta Uffusa, et ad Abbeinichshofa juxta Rorshinga (forma Alahofa prope Haggling?) pro beneficiis in proprietatem concessis apud Cuniachofa (Celachofa?) Radrainthofa (Rochofen?) Arraginichofa, (Assenofen?), Hardlaim, Heshilshof (Eserbach vel Eschelbach?) Egolshofach, Cuginhof (Hahnhof?), Benauichofa (Hindofen?) et Piegnerhofa (Petrachofa?) Data XII. Kal. Octobris (20. Septembris) anno Regni III. in Bavaria et in Italia II. Ind. XII. Actum ad Hahersbach curie regia (Hochsburg vel Hahberg prope Barchhausen ad Salsam). Mählwinus notarius ad vicem Theotmari Archicamerarii recognovit.
vid. *Lb. Probat.* p. 59. *Rid. l. c.* n. 55.
478. Karolomannus Rex Iajo Frealibro donat quosdam res in pago Tomogrent, in comitatu Engil-domin, et duas habes cum octo mansiis in villa Samstobach (Samsbach Praef. Hellen) ejusdem pagi. Baldo cancellarius ad vicem Theotmari Archicamerarii recognovit. Dat. III. Non. (5.) Decembris. Anno Regni III. in Bavaria, in Italia II. Ind. XI. (XII). Act. ad Rotesdorf (Ramslofen?) curie regia.
vid. *Lb. Probat.* pag. 61. *Rid. l. c.* num. 57.
480. Hludowicus Rex Wippuni Abbati sancti Michaelis (in Mettra) concessit quosdam res proprietatis suae in comitatu Cambere, unae scilicet forestam et praedium inter ipsum monasterium et Dambatum. Data V. Non. (5.) Maii. Ind. XII. (XIII.) Regni anno IV. Actum Feralheim villa regia. (M. B. XL. 450.)
482. Harulsi Imperator (Crasna) supplicat bona monasterii Metronum in Bavaria. Data XIV. Kal. Augusti (19. Julii) Anno Augustali Haruli in Italia II. in Francia I. Ind. XV. Actum Aolaha (Wischach?) (M. B. XL. 451.)

* Haindlingberg, ut videtur, in Praef. Mallerdorf. vid. *Zierrig's Geschichte des Freist. Hain-park.*

Annus.

Bavarica.

805.

Carolus Imperator filii sui, Epprecht, capellanus in villa Firschiaga (Föing, Praef. Eggenfelden?) ad vias des excoedit. Data X Kal. Aprilis (23. Mart.) Ind. I. Imperii anno III. Actum Regensperg. vid. *Ludwig* S. R. G. I. 258, n. II. *Ried* I. c. n. 61.

805.

Carolus Imperator confirmavit Huncicus Churpiscopus tradit ad monasterium sancti Emmerami possessiones suas ad Schwanheim, (Schwanich) et Lenzdorf (Längdorf, Praef. Nibburg?). recipitur ab Episcopo Andrichone ad vias tempus bonas in Altricia (infra Lonsfeldensis) Haderi, (Hilhart Praef. Helheim) et Perclousa (Prellhausen, Praef. Mosburg). Data V. Kal. Aprilis (23. Mart.) Ind. I. Imperii anno III. Actum Regensperg. vid. *Lit. Prolet.* pag. 7. *Ried* I. c. num. 62. *Pez* Thes. I. c. pag. 26.

805.

Carolus Imperator confirmavit Hatto abbas tradit ad sanctum Emmeramum XXX. iohes in oriente iuxta fluvium Riba pro Abbatia Lantshausani (Mondsee). Data Non. (6.) Aprilis, Ind. I. Imperii III. Actum Regensperg. vid. *Ried* I. c. num. 67. *Pez* Thes. pag. 29.

804.

Carolus Imperator confert ad capellam suam infra civitatem Radesbonam (alte Regelle) sectionem suam, cum casa et curie ad Marlingon (Marolding, Praef. Vilsbiburg?) in comitatu Engilbei, habas duas et mancipia quinquaginta de terra Salica. Data XIII. Kal. Octobris (19. Septemb.) Ind. III. anno regni VIII. Imperii IV. Actum Radesbona civitate. vid. *Ludwig* I. c. Tom. I. pag. 255. *Ried* I. c. num. 64.

805.

Carolus Imperator Engilmaro Abbati (Episcopo Patricensi?) ad vias tempore sunt quidpiet ad agellum regionis in urbe regia pretiosa, id est: monasterium ad Perga (Heindlingberch), monasterium ad Urenstapromnia (Wessobrunna), capellam ad sanctum Cassianum, (Falsoponne), et capellam ad Mosheim (Moshim). Data X. Kal. Septembris (15. August.) Ind. III. anno regni VIII. Imperii in Italia V. in Francia IV. in Gallia I. Actum ad Urenstapromnia curia imperialis. vid. *Ludwig* I. c. pag. 251. *Ried* I. c. num. 62.

Alemannica.

Franconica.

Carolus Imperator (Crassus) Arno, Episcopo Wirceburgensi donat XXXI. habas ad Fuchodorf, in Palenodorphana marca (Vach, Huzera, et Hilsbach, in diocesi quondam Pelleni) et VIII. ad Swabensum (Schwabenhauten) in Haganonovna, (Haganau) marca. Data V. Id. (9) Januarii Ind. I. Imperii III. Actum Cholenbera curia imperialis (i. e. Colmarie). Waldo, Cancellarius ad vicem Listwardi Archicancellarii recognovit. vid. *Eckhart* I. c. pag. 573. et 590.

Bavarica.

Annus.

- 896. Carolus Imperator monasterium superius (Obermünster) in eadem defensionem suscepit, et liberam Abbatiam et Admonitionem concessit. Data XIV. Kal. Martii (16. Februar.) Ind. IV. anno Imperii in Italia VI. in Francia V. in Germania II. Actum in villa Butzle.
vid. Riedl l. c. n. 65. Läng Spic. Eccl. Abbatis. p. 173. Haid. Metrop. Salzb. Ed. Monach. 1620. l. 243.
- 897. Carolus III. Imperator, Episcopus Patavicus possessiones sub marchionibus regis immunitatis recepit, se marchioni Patavico in foresta regio ad Waldschlegelsch, Restberg, Pleispack, et Steinpack, ubi in Danubio coluit, dedit (Bardberg et Salsbach inter Russ et Eberum) Amibertus notarius ad vicem Luitwardi Archiepiscopi recognovit. Datum IV. Id. (10.) Januarii, Ind. IV. (V.) Imperii anno VII. Actum Regensburg (?) (Supra p. 896.).
- 898. Arnolphus Rex Comiti Sigwardo donat proprietatem capelle in loco ad Pergon in comitatu Crandonia. Regipere notarius ad vicem Thiomari Archiepiscopi recognovit. Data Kal. (1.) Januarii, Ind. VI. Regni anno I. Actum Regensburge.
- 899. Idem eisdem Lezoni militi, Esigüger dicto, donat quosdam res proprietatis suae in Bavaria pretilus, inter montes Alperque, Italiae parti coniugas, in loco Fellis (Velles), VIII. Idus Iulias, quales in eisdem locis servi habere solent, et XX. mansuras cum curibus. Data X. Kal. Martii (20. Febr.) Ind. VI. anno Arnolphi I. Act. Russ if.
- 900. Idem monasterio Metanis tradit res quosdam proprietatis suae, quae Fertiger ad Raitoldsdorf habere solentur. Data X. Kal. Junii (25. Maii) anno incarnationis domini DCCCLXXIX. (DCCCLXXXIX) Ind. VI. (VII.) anno regni II. Actum Regensburge. (M. B. XI. 433.)
- 901.

Alemanica.

Franconica.

- Idem Episcopi ministeriali suo ad Crutheln (Franchim) in pagis Volkfeld, et in Hügen in comitatibus filiorum Henrici et Episcopi, donat causas cum curte, aliisque pertinentiis. Data III. Id. (12.) Martii, Ind. VII. (VI.) Regni anno II. Actum urbe Mosaburg, Albertus Cancellarius ad vicem Thiomari Archiepiscopi.
vid. Eckhart l. c. pag. 291.
- Idem homini cuidam nomine Gubo ad Grossdora concedit ecclesiam unam et habet quique in pago Ogesgona, in comitate Fuldensi comiti. Data VII. Id. (6.) Octobris, Ind. VI. (VII.) anno regni I. (II.) Actum ad Regensburge ?? (Supra p. 896., quum Arnolphus per totum hoc tempus in Franchensfort resideret.)

Bavarica.

Annus

859. Idem Asperus, Archicancellarius suo, pro Thutimari Archiepiscopi et Rudgeri territoriali comitis suggestione domi capella in pago Tunngowe ad curiam regiam, que Ulfano (Aulfano, Prof. Mallersdorf) dicitur, constructa. Data Idum Octobris die (15. Octob.) Ind VII. Regni anno II. Actum Franchoufort curie regie. Ernestus notarius ad vicem Thutimari Archiepiscopi recognovit. vid. Ried I. c. non. 78. Pex I. c. pag. 32.

860. Arnulphi Regis preceptum, ut monasterio S. Emmerami possessiones quondam in pago Quinsingowe, in comitatu Hasubi, infra terminum loci Scoonowes (Sobdon, Prof. Eggenfelden) restituerentur*. Asperus Cancellarius ad vicem Drotmari Archiepiscopi recognovit. — Data XII. Kal. Aprilis (21. Mart.) Ind VIII. Regni anno III. Actum Monspurch regie civitate. vid. Lib. Prod., pag. 74. Ried I. c. non. 72. Pex I. c. p. 31. Long I. c. III. 645. Hand I. 247.

860. Idem eundem articulo suo, nomine Coprecht, concedit quosdam res proprias suas in comitatu Chumperu, in pago Thunngowe, in loco Simplicho. Data XVII. Kal. Maii (12. April.) Ind VII. (VIII.) Regni anno II. (III.) Actum Regensburg. (M. B. XI. 126.)

861. Idem Archiepiscopo Iuvavensi tradit monasterium sancti Salvatoris infra locum Chiemuzza. Data IV. Kal. Julii (23. Junii) Ind VIII. (IX.) Regni anno III. (IV.) Actum Regensburg. (M. B. II. 283.)

* De Merspach (Merspach prope Frontenhausen) usque ad Mersuldes (Mersuldes prope Ratispach), inde ad Rispach (Rispach ad Vikem), ad caput Chumspach (Thunngow), in Ruten et in Rota flumine ad Horgispach, ad Guldacum (Guldspach prope monasterium Vilsach), usque Sualgarcot, deinde ad Graunarscho (Grauners prope Pfarrkirchen) usque ad truceum.

Alemannica.

Franconica.

Idem Arno, Episcopo Wirceburgensi, anteriores immunitatis litteras confirmat. Data XI. Kal. Decembris (21. Novemb.) Ind VIII. Regni anno II. Actum ad Franchoufort. Alisterus Cancellarius ad vicem Drotmari Archiepiscopi recognovit.

Idem Arno, Episcopo Iudicis a Carolomano principe ecclesiarum Wirceburgensium donatus (vid. 822) confirmat. Data eodem et ibidem.

Idem Arno, Episcopo Wirceburgensi, confirmat decem quatuordecim ecclesiarum in terra Slarorum inter Mosam et Radaniam fluvios (vid. 845) Data eodem et ibidem.

Idem Arno, Episcopo confirmat decimum tributum in pagis orientalium Francorum, vel de Staris, ad vicum dominium parochialis, secundum eorum Engowen stura, vel Osterstapha vocati. Data Kal. (1.) Decembris. Ind VIII. Regni anno II. Actum ad Franchoufort. vid. Eckhart I. c. pag. 92—95.

Anno.

Bavarica.

803. Idem Albtunensis Metensis condonat quinque curtille urbis Radsposse prope curtem Odalmanes herediti. Data Non. (5.) Junii, Ind. XI. (N.) Regni anno VI. Actum Regenspurge. (M. B. XI. 435.)
803. Epsalem locatis, et Hicherius, custos Regis et Metanensis Abbas, committet eam Egilfrico, Diaconi Episcopi Discone, et fratre suo Adalberto bono illorum in Pago Tunagave, in villa Gebhartesdorf, pro beneficio Altmanni in eodem pago in loco Feznigpoch. Data IV. Non. (2.) Septembris, Ind. XI. Regni anno VII. Actum Regenspurge. (M. B. XI. 436.)
803. Cessu Arnolfo Rege Heinricus Clericus tradit ad sanctum Lomercam proprietatem suam in Tunagave, in comitatu Papania, in loco Poupiga (Pieling, Praef. Strumbing) cum decem manscipis, et in loco Druchlinga (Druchling, Praef. Halden), recipere in beneficium bona in Udinga (Hilng, Praef. Strumbing) et Druchlinga. Egilpera notario ad vicem Decanum Archiepiscopi recognovit. Data II. Id. (14.) Julii, Ind. XIII. Act. in loco Delpura (Tribur). vid. *Rind l. c. num. 74. Pre l. c. p. 34. Linsig Spic. Eccl. C. III. 3212.*
805. Arnolfus Rex post obitum matris suae Liutwinolae Wabloni Episcopo Friburgensi proprietario jure concedit monasterium beati Castuli in Mosburch. Wiching Cancellarius ad vicem Decanum Archiepiscopi recognovit. Data XIV. Kal. Augusti (19. Julii) Ind. XIII. Regni anno VIII. Actum Mosburch. vid. *Metzelsch. l. 145. Hund III. 503.*
805. Arnolfus Imperator, propinquus suo Coniti Sigbardo ad propriam concessit tres habas in comitatu Begingau in loco Changaniga, et in alio loco Adonstide tres habas beneficii Goteschalli comitis. Data VIII. Id. (8.) Julii, Ind. XIV. Regni anno VIII. Imperii I. Act. Regenspurge.
807.

Alemannica.

Franconica.

Arnolfo Imperator intercedentibus Sigbardo et Iringo, comitibus, donat eisdem Iamini Diocleri, in pago Onegingave, comitatu Arbois, mansos decem inter loco Furlheim (Flerzen) Zuchlinga (Schlinga) et Hugobas (Hauzen, Praef. Raufbeuren), quos Parthalt, comes, prius in beneficium tenuerat. Data III. Id. (12.) Julii, Ind. XV. Regni anno X. Imperii II. Act. Triburiae.

D

Annus.

Bavarica.

898.
899. Item ecclesie Pataviensi tradit quondam curtem regiam opportuna sitam flumi pro quodam presidio Onlagensi in Italia. Summus locus appellatus. Egilpera notarius ad vicem Wichingi? recognovit. Data XIV. Kal. Septembris (19. August.) Ind. VI. (I.) Regni anno XI. Imperii III. Actum Rastendorf (Suspecta).
vid. *Hand I. c. pag. 350.*
900. Item Pataviensi ecclesie successorum donationes confirmat. Data V. Id. (9.) Septembris. Ind. X. (I.) Regni anno XI. Imperii III. Actum Regensdorch regio palatia (Maxime suspecta).
vid. *Hand I. p. 349. Long Sp. II. 453.*
901. Item Presbitero Ellenberchi cofert ospellam in Rastendorf (Rasthofa) a se constructam. Data XVI. Kal. Novebris (17. Octobr.) Ind. II. Regni anno XI. Imperii III. Act. ad Regiam civitatem (M. B. II. 208.)
902. Eisdem locis pro hominibus ecclesie Frisingensis, ad de suis vicis redemptum sine multa (multa) auferendi. Data Id. (15.) Decembris, Ind. I. (II.) Regni anno XI. Imperii III. Actum civitate Regina. Wichingus cancellarius ad vicem Theotuari recognovit.
vid. *Micholius I. 147. Hand I. 128. Long Sp. II. 254.*
903. Item Episcopo Egilmaro donat areas dominicales regias in urbe Pataviensi. Data mense Decembris, Ind. I. (II.) Regni anno XI. Imperii III. Act. civitate regias.
vid. *Hand I. c. pag. 348. ubi perperam annus 902.*
904. Item eundem vasallo Lupoldi comitis, amice Cholo, donat quondam possessiones in civitate Camberti in loco Herigobolaurca (M. B. I. 260.)

Alemannica.

Franconica.

Arnolfo Imperatore confirmante nomine fronsa Winpurch ad sanctum Petrum et Emmeramum tradit curtem eam, que dicitur Nardlinga in pago Retioni pro loco Vunsdinga. Egilpera Notarius ad vicem Theotuari Archiepiscopi recognovit. Data XV. Kal. Junii (15. Mai.) Ind. I. Regni anno XI. Imperii III. Act. Regensdorch.

vid. *Lb. Probat. pag. 79. Ried I. c. 200. 75. Pez Thes. I. c. pag. 35. Long I. c. 346. Hand I. c. I. 246.*

Anna.

Bavarica

900

901. Hludovicus Rex sanctae Separaensis ecclesiae praesuli Zachariae donat quendam castrum inter convallem a comite Rungo II constitutum, quae dicitur Priona. Dat. X. Sepembrii. Ind. IV. anno Hludovici II. Radaspone.

905

905

905. Item per interventum generitricis suae, Otae, monasterio sancti Emmeroni eremitanum a Carolo M. impetratum condonatur. Data II. Id. (12.) Augusti. Regni anno IV. Ind. VI. Datum in Oulig. Engilgero monacho ad vicem Theotimari Archiepiscopi transmissum.
vid. *Per. T. I. P. III. p. 40. Hand. I. 256.*
(Charta interpolata et maxime suspecta, vid. Haas in illustrat. apologetica.)

905

905. Item Waldoni Frisingensi Praesuli, in consuetudinem combatae ecclesiae, castrum quendam Veringam (Vohring) per matrem Regis, Otam, ab Arnulfo Caesare obtentam, dedit. Datum pridie Id. Decembris (10. Novembrii.) Ind. VII. Regni anno IV. Actum in Regina civitate.
vid. *Meibohm I. 151. et Lünig II. 214. sed utriusque die postposita.*

Alemannica.

Franconica.

Ludovicus Rex Brichenhald, Eistretani Episcopo, concedit publice negotiationis libertatem Eiberti, in pago Nordovi, in comitate Arandi. Data Non. (5.) Februarii. Actum Franconford.
vid. *Falkenberg Cod. Dipl. Nordov. pag. 17.*

Item per interventum Adalperonis et Ecespoldi, Pontificum, ac Luitpoldi, propinquus sui, et Gundpoldi comitis, beato Emmerano concedit quosdam res in villa Terriolera ad Ommofra, (Ommofra) pertinentem, cuiusdam loco Semilepach, (Sontilbach) in pago Nordovensi, in comitate Luitpoldi. Data XVI. Id. Martii (12. Februarii) Ind. VI. Regni anno IV. Ant. Forchheim curia regia. Eusebius Castellor. ad vicem Theotimari Archiepiscopi.
vid. *Abhandlungen der Münchener Academie der Wissenschaften. 1781. II. Band. S. 61. 62. Rind I. c. 200. 201. Per. Theo. p. 53. Hand. I. 240.*

Item Rudolpho, Wircsburgensi Episcopo, donat bona Adalharti et Henrici comitum, sive regio adjudicata, in Prouschheim, (Prouschheim) et Frickhousen (Frickhousen) in pago Gotsfeld, in comitate Conradi comitis. Data VII. Id. (9.) Julii. Ind. XI. (VI.) Regni anno IV. Actum Tarsate.
vid. *Zehner I. c. pag. 177.*

Bavarica.

Anno	
904	Episcopus Regis auctoritate, Tuto, Palatinus ecclesiae Praesul, per intercessionem Babonis et Megionardi, Comitis, ad monasterium Emmeramense extra castra Radespernensis civitatis donat pro Arnolfi Imperatoris animae reuocatis villis in australi Avari terra prope stationem aquae, quae dicitur Markhappa, ad portum, Malluhings (Mälching) in Matagouwe, Comitatus Iungriae, ad curtem Muninga (Münzing infra Brunna) et ad beneficium Gunboldi Comitis hastensis pertinentem, eodem Gunboldo et Iungo Comite, atque Engelberto consensuentibus. Data III. Non. (5.) Martii Ind VII. Regni anno V. Act. civitate Regimur vid. <i>Lsh. Probat.</i> num. 26. <i>Rind. l. c.</i> num. 92. <i>Pez. Th. l. c.</i> pag. 41. <i>Leobg. Spic. Cont. III.</i> p. 105.
905	Idem monasterio sancti Maurii Althae (Niederaltach) restitit quosdam res olim abstractas in loco Baidelera in Surainshgowe. Data XVI. Kal. Martii (14. Februar.) Ind. VIII. Regni anno VII. Actum regina civitate (M. B. XI. 123.)
905	Episcopus constantiensis homo Eber Joperth pro accepto beneficio in Oettinga ad monasterium Altham (Niederaltach) tradit proprietatem suam in locis Strubinga et Simpficha. Data III. Kal. Maij. (30. April.) Regni anno VII. Actum regina civitate (M. B. XI. 130.)
905	Idem ecclesiae Felsingensi licentiam, Episcopum ex suo gremio eligendi, renovat. Data VIII. Id. (4.) Maii, Ind. IX. Regni anno VII. Actum in loco Holthirchen, vid. <i>Meichelbeck. Tom. I.</i> pag. 102.
908
911
911

Alemanica.

Franconica.

.....	Idem Martini Capellani Comitis Berchardi donat bona in Walzenmawinda in pago Gohfeld. Data VII. Id. (9.) Julii Ind. XI. Regni anno IX. Actum Treburis, vid. <i>Eichart. l. c.</i> pag. 89.
.....	Idem Prelitero Gunboldi in pago Volchfeld in Comitatu Hessonia, donat beneficium Comitis Conrad, in loco Chersaeto et in villa Chersingowa (Chersing) et Nushard. Data XVI. Kal. Julii (16. Junii.) Ind. XIV. Regni XII. Actum Francemfurt. vid. <i>Eichart. l. c.</i> p. 89.
.....	Chunradus Rex rogatus Dunois Episcopi sancto Gandepeto appropriate quosdam res jure sui in pago Volchfeld, in Comitatu Comitis Hessi, in loco Fhorial (Vorch) prope Bamberg) sua cum ceteris Schlaronis episcopi, curtilibus, vicariis, acclivis etc. Data IV. Id. (18.) Novembris, Ind. XV. Regni anno I. Actum Puzschheim, vid. <i>Eichart. l. c.</i> pag. 89. <i>Falkenstein. Cod. Dipl. IV.</i> pag. 14. <i>Strebel. Franco. III.</i> p. 211.

Bavaria.

Anno.	
913.	.
914.	Chonrad Regis canonicus Ellinrith, concubina Regis Arnolfi, Tutoni Episcopo Batisponensi tradit capellam in Regalinge (Regolting) pro beneficiis in villa Pannichora (Pannhofen), et Donschova (Wallshofen). Data IX, Kal. Junii (24. Mai.) Ind. II. Regni anno III. Acta ad Forachola. Salomon Cancellarius ad vicem Pilgrini Archiepiscopi recognovit. vid. <i>Lit. Probat.</i> pag. 98. <i>Ried</i> I. c. num. 95. <i>Pez</i> I. c. p. 43. <i>Leobg. Cont.</i> III. 1215.
914.	Idem ad Sanctam Emmeramiam sub Tutoni Episcopo donat foretam jure Solcipach (Struffer Forst). Data VIII, Kal. Junii (22. Mai.) Ind. II. Regni anno III. Acta ad Forachola. vid. <i>Lit. Probat.</i> pag. 102. <i>Ried</i> I. c. num. 97. <i>Pez</i> I. c. pag. 45. <i>Leobg. Forst.</i> pag. 105.
915.	.
915.	Idem monasterio sancti Emmerami concedit decimam partem vestigalium de ministerio Zellenau (Zellensauze). Daga II, Kal. Julii (29. Junii.) Ind. IV. Regni anno V. Act. Regensburg. vid. <i>Lit. Probat.</i> pag. 104. <i>Ried</i> I. c. num. 98. <i>Pez</i> et <i>Leobg.</i> ibidem.
918.	.
918.	.
922.	.

Alemanica.

Franconica.

Anno.	
913.	Idem Duxcella Passifici (Prisingensi) et Abbati Schwarzrathensi donat hona in pago Iphifug in Comitatu Erucensi, in locis Leimbaha (Leimbach), Steinaha (Steinbach) et Toflach (Tiefbach). Data VI. Id. (8.) Augusti, Ind. XV. Regni anno I. Actum Franchenfurt. Odalfrida materis ad vicem Pilgrini Archiepiscopi recognovit. vid. <i>Eckhart</i> I. c. pag. 900.
914.	.
914.	Ejusdem immunitatis privilegium pro ecclesia sancti Salvatoris Wirzburgi, Theodani Episcopo confirmatum. Data IV, Nos. (4.) Julii, Ind. III, Regni anno IV. — Actum ad civitatem Wirzburg. — Salomon Cancellarius ad vicem Pilgrini Archiepiscopi recognovit. vid. <i>Eckhart</i> I. c. pag. 900. 901. et 445.
915.	.
918.	Idem Thiodani, Episcopo Wirzburgensi, privilegium teloni in congregatione basilice cathedralis combudum, interventu Comite Henrico, renovat. Data III, Nos. (5.) Julii, Regni anno VII. Actum ad civitatem Wirzburg.
918.	.
